



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Theologia Moralis**

**Reiffenstuel, Anaklet**

**Monachii, 1699**

II. De Avaritia, & Filiabus ejus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40206**

*Quid tumet contra Deum spiritus tuus? Tertium, est consideratio imperfectionis priorum bonorum, de quibus homo superbit; juxta illud Isaiae 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos agri. Et Isaiae 64. Quasi pannus menstruata universæ justitiae nostra.*

## QUESTIO II.

## De Avaritia, &amp; Filiabus ejus.

12. CONCL. I. *Avaritia* est immoderatus appetitus habendi *Avaritia*, pecunias, sive possessiones. Ita in re communis. Dici quid est *Avaritia*, immoderatus appetitus: nam si ipse sit ordinatus, qualis fuit in Abraham, Jacob, & multis aliis, pecunias & possessiones copiosas ob debitum finem habentibus, peccatum non erit; juxta illud Psalmi 61. *Divitiae si affluent, nolite cor apponere.* Et additur, *habendi pecunias, sive possessiones*: quia circa has, tanquam objectum suum, versatur *Avaritia*. Quod si vero fiat sermo de immoderata cupiditate habendi voluptates, mundanam excellentiam, aut aliud ejusmodi bonum creatum; non erit proprie *Avaritia*, & prout hoc est speciale virtutis.

13. CONCL. II. *Avaritia*, prout adversatur *Justitiae*, est ex *Avaritia*, genere suo peccatum mortale; quamvis per accidens possit fieri *veniale* propter *imperfectionem actus*, aut *levitatem materie*, sicuti de furto dici solet. Prout vero *Avaritia* opponitur *Liberalitati*, est peccatum ex genere suo *veniale*; nisi in tantum crescat amor divitiarum, ut preferatur *Charitati Dei*, aut proximi, volens potius transgredi preceptum sub mortali obligans, quam largiri suas pecunias, dando v. g. eleemosynam pauperi in extrema necessitate constituto. Ita D. Thomas 2. 2. q. 118. art. 4: & alii passim.

14. CONCL. III. *Avaritia* rectissime numeratur inter *Vitia Capitalia*. Ratio est: quia ex *Avaricia*, velut ex fonte & radice, multa alia peccata oriuntur; prout patet ex septem *Filiabus ejus* mox enarrandis. Hinc i. Timoth. 6. dicitur: *Qui volum di- vites fieri, incident in temptationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Radix enim omnium malorum est cupiditas. Sic etiam Ecclesiastici 10. dicitur: *Nihil est iniquius, quam amare pecuniam: hic enim, & animam suam venalem habet.* Unde ad Coloss. 3. *Avaricia appellatur Simulacrorum servitus*. qualia passim habentur in Scriptura sacra.

Filiæ Avari-  
tiae sunt sep-  
tem, nempe

Obdura-  
tio  
cordis.  
Inquietudo  
mentis.

Violecia.

Fallacia.  
Perjurium.  
Fraus, &  
Proditio.

Luxuria,  
quid, &  
quale pec-  
catum?

Eius specie-  
s, videlicet  
Fornicatio,  
Adulterium,  
Inceitus,  
Stuprum,  
Raptus,  
qua?

(a) Tract.  
s. Dist. 4  
per torum.

Luxuria re-  
ad numero-  
tioriter via-  
ea capita-  
pida.

Eius filiæ  
sunt octo,  
dimidio-

15. CONCL. IV. Filiæ Avaritiae sunt septem, ac rectè recen-  
sentur à D. Gregorio cit. lib. 31. Moral. c. 31. dum ait: *De avaritia  
proditio, frans, fallacia, perjuria, inquietudo, violentia, & contra miseri-  
cordiam obdurations cordis oriuntur.* Ratio est: quia Avaritia exce-  
dit in duobus, videlicet in retinendo, & in acquirendo. Ut exce-  
dit in retinendo, parit *Obdurationem cordis*, claudens viscera sua  
ad preces pauperis. Ut verò excedit in acquirendo, sic in affectu  
parit *Inquietudinem mentis*, seu supervacuas curas, quēis avarus,  
semper in crastinum sollicitus, superfluè agitur: nam, ut dicit  
*Ecclesiastes c. 5. Avarus non implebitur pecunia.*

16. Porrò in effectu inducit Avaritia ad alias quinque Filias.  
Nam interdum impellit, ut vim proximo quis inferat, aliena ra-  
piendo; ut faciunt fures & raptore: & sic committitur *Violen-  
tia*. Interdum inducit ad committendum dolum, ut sit in con-  
tractibus illicitis, vel licitis male exercitis. Qui dolus si committ-  
tatur simplici verbo, erit *Fallacia*: si additum fuerit juramentum,  
erit *Perjurium*. At si dolus committatur in opere, vel id fieri circa  
rem aliquam, & erit *Fraus*; vel contra personam, & dicetur  
*Proditio*. Et sic in omnibus sunt septem Filiæ Avaritiae.

### Q U Æ S T I O III.

#### De Luxuria, & Filiabus ejus.

17. CONCL. I. Luxuria est inordinatus appetitus, vel usus  
venereorum. Ita communis. Et hoc peccatum est ex  
genere suo mortale, ac inter vitia Intemperantiae vel  
maxime exprobabile. Eius septem species rectè numerantur,  
Eius species, videlicet Fornicatio, Adulterium, Inceitus, Stuprum, Raptus,  
qua?  
(a) Tract.  
s. Dist. 4  
per torum.

18. CONCL. II. Luxuria rectè connumeratur inter sep-  
tem Vitia Capitalia. Ratio est: quia multa alia ex illa oriuntur,  
cum propter vehementiam delectationis venereæ, tum propter  
connaturalitatem hujusmodi concupiscentiae; unde ex eius ap-  
petitu procedit homo ad multa vita perpetranda, prout ni-  
mum quantum probat misera experientia.

19. CONCL. III. Filiæ Luxuriae post S. Gregorium cit. lib. 31.  
Moral. c. 3. & communem Doctorum, convenienter nume-  
rantur